



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. III. Proponuntur & resolvuntur nonullæ quæstiones occurrentes circa triacapitula huius Tituli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

## §. IV.

*Quis sit iudex competens casuum matrimonialium:*

bent, ad multas fraudes cavendas, qui tempore præmissæ denuntiationis scientes impedimentum, tacuerant, nisi postmodum probent suam de denuntiationibus ignorantiam, aut jurent, quòd in notitiam impedimenti primùm post denuntiationes illas factas, & contractum matrimonium venerint, neque quidquam malitiosè contra matrimonium objiciant. *c. Cum in sua 6. h. r.* Sunt autem tres casus, in quibus regulariter præsumitur ignorantia eorum, quæ palam fiunt in civitate. Primò si quis ex statum temporis extra Diocesim. Secundò si quis tunc erat in tenebris adhuc ætate. Et tertio si ex infirmitate patiebatur defectum usûs rationis.

## §. III.

*Proponuntur & resolvuntur nonnullæ quæstiones occurrentes circa tria capitula hujus Tituli.*

Videantur *c. Relatum 1. h. r. c. à nobis 2. eodem. & c. Insuper 4. eodem*, quæ rectius etiam videri possunt apud Auctorem, quàm ut eorum mens hic referatur.

**T**riplices sunt causæ matrimoniales, quædam sunt omnino politice, seu civiles, ut de dotibus, hæreditatibus, & successibus &c. & hæc ad secularem, seu politicum Magistratum pertinent, ut probat illius jurisdictio. Quædam sunt purè spirituales, ut de partibus Sacramenti, de benedictione sacerdotum &c. & hæc pertinent ad Ecclesiasticum Magistratum. Quædam sunt partim spirituales, ut de gradibus Consanguinitatis, divortii, & impedimentis &c. hæc possunt quidem ad secularem Magistratum pertinere, præsertim, si tantum quæstio facti sit, semper tamen cum subordinatione ad Ecclesiasticum Magistratum, prout in Tridentino *sess. 24. can. 12.* definitum est. (cùm matrimonium novæ legis sit Sacramentum) & quidem ad Episcopum, vel alium superiorum Prælatum, ex illius delegatione, vel ex privilegio, quia causæ matrimoniales inter arduas numerantur, ut sæpe dictum.

